

Index Disputationum quae hoc volumine primo continentur:

1. De iudiciis paganis.
2. De Emphyteutis meliorationibus. Dubb
3. De Retentione.
4. De Concursione.
5. De Testamento p. nuncupationem qua late factis.
6. De liberis Expositivis funditionibus. A
7. De immunitate Metastica.
8. De iure Detractionis.
9. De Pensionis & periculis remissione.
10. De Sumptibus Pietatis.
11. De Sch. Macedoniano.
12. De Potestate Maritali.
13. De Actionibus Praejudicialibus.
14. De Moneta, eiusdem iure & Mutatione.
15. De Magistratibus.
16. De Actione Spolij.
17. De Divisione ac Qualitate rerum et earum dominio ex iure gentium acquirendo.
18. De Munitibus eorumque damnis.
19. De Praesumptionibus.
20. De Sublocatione.
21. De Diffidationibus: Confessione.
22. Analysis 1. Traditionibus 20 C. De Pactis.

Q. D. B. V.  
DISPUTATIO JURIDICA

De

JURE DOMINII  
RESTRICTO,

*Quam*

Divinâ favente Gratiâ,  
Autoritate & Decreto

Magnifici Jctorum Ordinis in Al-

mâ Lipsiensi,

SUB PRÆSIDIO

DN. D. PAULI FRANCISCI  
ROMANI,

Com. Pal. Cæs. Prof. Pand. Publ. & Facul. Jur. Assesl.  
nec non Canon. Numburg.

*Publica placidâq; Disquisitionum Censurâ  
submittit*

CAROL. FRIDERICH *Sârberl*

Gustroviensis Megapolitanus,  
AUTHOR.

d. XI. Mens. Martij M DC LXXV.

---

LIPSIÆ

Literis JOHANNIS GEORGI.

PARENTI SUO VENERANDO

DN. JOHANNI LEVINO

Särbern/

JCTO, SERENISSIMI AC CELSISSIMI  
PRINCIPIS ET DOMINI,

DN. GUSTAVI ADOLPHI,

DUCIS MECKLENBURGICI &c &c. &c.

CONSILIARIO,

DISSERTATIONEM HANC JURIDICAM

IN

PERPETUÆ OBSERVANTIÆ, AC GRATI-  
TUDINIS MONUMENTUM

PIA ET DEVOTA  
MENTE

D. D. D.

CAROL FRIDERICH Särber/  
AUTHOR.



\*\*\*\*\*  
 \*\*\*\*\*  
 \*\*\*\*\*  
 \*\*\*\*\*  
 \*\*\*\*\*

## CAPUT I.

### DE JURE DOMINII IN GENERE.

Th. I.

**P**RIUSQVAM ad præsentem Dissertationis meæ Materiam pertractandam me accingam, pauca quædam in hoc cap. de jure Dominii in genere præmittam, ut ex hisce generalibus reddantur clariora, quæ in specie postea de jure Dominii restricto dicturus sum.

Th. 2. I. Etymologiam vocis Dominii quod concernit, quamvis illam alii aliunde derivent, quidam à Græco *domos*, i. e. subjicio, quidam à *domus*, quod denotat exstruo, vid. Joh. Ott. Tabor. *Jpr. El. Meth.* p. 2. th. 6. Ludw. *Exerc. Just. Disp. 4. Thes. 3.* desumptam tamen esse puto à domo, secundum illud Ulpiani in l. 195. §. 2. ff. de V. S. quod Paterfam. appelletur, qui in domo dominiū habet, conf. Val. Gviel. Forster. *Tr. sing. de Domin. c. 1. §. 1. & seqq.*

Th. 3. II. Homonymiam quod attinet, sumitur Dominium (1.) *latissimè* pro quacunq; legitimâ facultate & potestate ad aliquid habendum, ita, ut quicunq; habet aliquod jus circa rem, possit istius rei Dominus dici, vid. Hahn. *ad Wesenb. in r. de A. R. D. n. 3.* (2.) In sensu juridico accipitur vel *generaliter* in impropria significatione, prout denotat quodcunq; jus in re inter privatos constitutum, tam latè, ut omnes quinq; sub se comprehendat juris in re species. *Specialiter* verò & strictè sumtum, certam tantum juris in re speciem denotat, & est jus, quod quis habet in ipsam rei substantiam determinatam, diciturq; dominium proprium & strictè sic dictum contradiſtinctum reliquis juribus in re, v. gr. Possessioni, Pignori, servituti, & hereditati, confer l. 13. §. 1. C. de Judic. l. 12. §. 1. de Acquir. p. s. l. 7. C. de pet. hered. l. 19. de damn. inf. vide infra Cap. 5. Th. 3. Atq; sic hoc loco sumitur.

A 2

Th. 4.

Th. 4. III. Synonymia constat ex vocabulis, quibus aliàs in jure Dominium denotatur, v. gr. quod dicatur proprietas, *l. 13. pr. l. 9. §. 6. 7. l. 36. ff. de A. R. D. §. 4. 4. & seq. inst. de R. D.* (quamvis interdum nuda intelligatur proprietas absq; rei usu in *§. 1. Inst. de usufr.*) Proprium, *l. 28. de A. R. D.* & quocq; jus Dominiū t. t. *C. de jur. Domin. impetr.* Germ. dicitur Eigenthumb / oder die eigenthumbliche Berechtigtheit. Conf. Hahn. *Diss. de jur. Rev. c. 3. Conclus. 36.* Val. Guél. Forster. *d. Tr. de Dom. c. 3.*

Th. 5. Dominium strictè sic dictum est jus in re (a.) quo res præsertim (β.) corporalis cujusq; propria (γ.) est, adeo ut pro arbitrio disponere, (δ.) de illa, eamq; vindicare (e.) quis possit, in quantum lege (ζ.) aut conventionē (η.) non prohibetur.

(a.) vid. *l. 6. C. de pact. int. empt. & vend. l. f. C. de fund. Patrim. l. 23. de R. V. l. 2. §. 1. si serv. vind. add. l. 13. §. 1. ff. de damn. inf. l. 2. §. 3. C. de jur. Dom. imp.* (β.) Propriè enim est tantum rerum corporalium dominium, improprie verò & analogicè incorporalium, vid. infra *Cap. 3. th. 4. (γ.) l. 23. l. 13. ff. de A. R. D. §. 4. 2. f. de R. D. l. 52. §. 10. verb. deinceps rem propriam ff. profoc. (δ.) l. 21. C. Mand. l. 9. §. 3. de A. R. D. (e.) l. 9. ff. de R. V. l. 23. eod. (ζ.) l. 14. C. de contr. emt. t. r. l. quib. al. lic. vel non Vid. *Cap. IV. th. 2. & seqq. (η) arg. l. 66. ff. de furt. Vid. d. Cap. IV. & Cap. VI. th. 2.* Conf. Hahn. *de jur. rerum concl. 37. & in Not. ad Wesemb. int. de A. R. D. n. 3.* Schnobel. *ad n. disp. 20. th. 1.* Tabor. *Jurispr. Elem. Meth. P. II. th. 7.* Ludw. *Exerc. J. 4. th. 3.* Struv. *ad n. Exere. XI. th. 4.**

Th. 6. Varix autem à Dd. traduntur Divisiones Dominiū (I.) ratione causæ efficientis dividitur in Legitimū & Prætorium, *l. 1. de fund. dot. l. 1. de bon. poss.* Hoc duplex est, fingitur enim jure prætorio acquiratum, quod tamen jure civili nondum est. Ex eò oritur Publiciana in rem act. *§. 4. l. de A. (2.)* fingitur jure Prætorio quasi nondum amissum, cum tamen jure Civili revera amissum, ex quâ datur actio Rescissoria, per *§. 5. l. de A. conf. Bachov. Tr. de Act. Disp. 3. th. 15.* (II.) In Bonitarium & Quiritarium, quæ tamen divisio ab Imp. Justiniano sublata per *l. un. C. de jur. Quirit. toll.* (III.) dispescitur Dominium à Forster. *d. Tr. de Dom. Cap. V. memb. 2. & alius* in Proprietatis s. corporis & juris, sed rectius illa rejicitur, cum juris do-  
mini-

minium propriè non fit, *vid. cap. 3. Th. 4. (IV.)* Porrò Dominium aliud est revocabile, aliud irrevocabile *vid. l. 66. de R. V. d. cap. 4. th. 13. (V.)* Aliud Naturale, aliud Civile, *l. 30. C. de jur. dot. vid. cap. 4. th. 17. (VI.)* Dividitur Dominium ratione effectus, in plenum s. liberum; & minus plenum s. restrictum, & hoc iterum in directum & utile, de qua divisione in *segg. cap.*

## CAP. II.

### DISTINCTIONE DOMINII IN PLENUM & Minus Plenum, hujusq; subdivisione in Directum & Utile.

Th. 1.

**D**ominium Plenum, liberum s. quod idem est dominium pleno jure, *l. 11. C. de act. empt. Plenum jus per l. 17. ff. quib. mod. usufr. am. est penes eum, qui plenissimam habet de re propria pro lubitu disponendi potestatem, ejusq; plenissimum usum, vid. §. ult. l. de Usufr. d. l. 17. ff. quib. m. usufr. am. l. 26. §. 1. ff. de V. O. Conf. Schnob. ad n. Disp. 20. th. 2. Hahn. de jur. rer. conclus. 42. Eckold. ad n. in e. de A. R. D. th. 6. Dn. Puffendorf. Jpr. Elem. lib. 1. def. 5. §. 3.*

Th. 2. Dominium verò Minus plenum s. Restrictum duplex est; Aliud est, quod quoad nudum Exercitium tantum aliquo modo restrictum, in se verò spectatum quoad ipsam proprietatem & usum plenum est, ita, ut nihil quicquam juris in re alicui inde accedat, sed liberum de re sua disponendi arbitrium, quod in alienando & administrando consistit, Dominis lege, conventionione, aut alio modo limitatur & restringitur, salvo tamen manente jure in re, *vid. l. 1. de Reb. eorum, qui sub Tut. vel. Cur. sunt. l. 1. quib. alien. lic. vel non. l. f. C. de pact. inter Empt. & vend.* Aliud verò est, quando ad est ipsi proprietati Restrictio, & quis integrum jus non habet, sed in alterum aliquid juris in re transfertur. Et hoc Dominium Minus plenum cum ex restrictione Domini Pleni oriatur, ideoq; tum ex hoc pleno non possunt non etiam duo dominia restricta & minus plena fieri, quorum unum in restricta Proprietate ac superiori in re potestate, & propterea superius & directum dominium dicitur.

A 3

Germ.

Germ. das Mehrer Eigenthumb/ Grund/eigenthumb/ conf. 2. FF. 23. Rosenth. de Feud. concl. r. c. 6. n. 8. Alterum in plenissimo usufructu cum potestate quadam alienandi & vindicandi conjuncto constitit, atq; adeo ab utili actione s. qf. vindicatione, aliisq; utilitatibus, quas præ dominio directo habet, à Dd. utile vocatur, vid. 2. FF. 8. pr. confer. Rosenth. c. 1. concl. 6. lit. 4. Illud habet 1. Dominus feudi, 2. F. 8. §. 2. 2. F. 47. §. 23. 2. Dominus Emphyteuseos, l. 2. C. de jur. emphyt. 3. Dominus soli superficiarii l. 1. §. 4. de superf. Hoc competit (1.) Vafallo, arg. 2. F. 8. verb. rei autem. (2.) Superficiario l. 1. §. 6. 7. de superfic. Emphyteutæ arg. l. 1. ult. ff. si ager. vet. conf. Forster. d. Tr. de domin. cap. 5. memb. 3. Dn. Struv. fyn. I. F. c. XI. XII. §. fyn. I. C. Exer. XI. th. 55.

Th. 3. Quamvis autem quamplurimi Dd. (quos citatos vide ap. Val. Guiel. Forster. Tr. de domin. c. 5. m. 3. p. m. 37. §. 199.) divisionem hanc tanquam juri planè incognitam rejiciant; Utrumq; tamen & dominium directum & utile dari ex jure nostro licet non κατὰ τὸ πᾶν s. secundum verba, rectè tamen κατὰ διδρασαν s. secundum rem ipsam probari potest. Quippe fundamentum hujus distinctionis 1. exindè liquet, quod quidam de jure Civili, qui jus in re habent, illud interdum habeant tantum jure proprietatis, per §. 1. I. de usus. §. 2. I. per quas personiq; acqu. l. 6. l. f. C. de bon. quæ lib. Interdum jure utendi fruendi tantum, cum potestate tamen rem simul vindicandi gaudeant, l. 1. §. 1. ff. si ager. vet. l. 19. de damn. inf. l. 3. §. pen. de N. O. N. 2. Cum in omni dominio attendatur proprietas & fructum perceptio, illaq; directò in alium transferatur, & prius Domino obveniat, ut ex illa Dominus æstimetur, quis non rectè illam proprietatem Domino prius obvenientem dicat dominium directum? arg. l. 9. §. 6. 7. l. 36. de A. R. D. per consequentiam v. cū utilitas rei & usufructus ex proprietate fluat, l. 25. pr. l. 1. de usur. vid. Dn. Struv. fyn. I. C. Exe. XI. th. 54. illiq; usui fructui interdū accedat potestas alienandi & vindicandi (quæ præsupponit dominium. l. 23. pr. de R. V.) quis non illud utendi fruendi jus cum vindicandi facultate appellat? cū illud directo dominio proximū sit, adeoq; alio nomine denominari nequeat. Ac licet hoc ipsum nomen in jure nō reperiatur, tamen res ipsa satis clara est: Leges etiam non semper verba, (quæ tantum sunt signa conceptuū) sed res attendunt, l. 2. C. Com. de leg. l. 4. ff. de



ff. de P. V. vid. Grot. lib. 2. c. 6. n. 1. de I. B. & P. (3.) si hæc distinctio non admittatur, evertuntur omnia jura feudalia, Emphyteutica & superficaria, quæ pro objecto habent Dominium directum & Utile. (4.) Ratione utilis domini datur Vasallo & superficario utilis quoque in rem actio, 2. F. 8. pr. & 43. l. 1. §. 4. 5. 6. 7. ff. de superfic. l. 16. §. ult. de Pignor. act. (5.) In praxi hæc distinctio utilissima est, & inveterata consuetudine invaluit adeo, ut oleum & operam perdat, qui ex Scholis illam rejiciunt, ut dicit Hahn. in Not. ad Wes. in. 1. St. Ager vecl. n. 2. conf. Bach. ad Tieml. Vol. 1. Disp. 15. th. 1. Schneidew. ad §. 11. l. de R. D. n. 4. Carpz. de Jur. Fam. Dec. 5. cas. 3. n. 26. & 27. Eckolt. ad π. in dit. de A. R. D. §. 6.

### CAP. III.

DE

## OBJECTO JURIS DOMINII RESTRICTI,

Sive

De Rebus habilibus ad recipiendum Jus Domini  
Restrictum.

Th. I.

**J**ure ac rationibus satis comprobata distinctione Domini Minus pleni in directum & utile, jam quoque operæ pretium erit, ut de Obj. juris domini Restricti f. Minus pleni paucis agamus.

Th. 2. Notandum itaque est, quod omnes res, quæ commercii hominum exemptæ sunt, pro Objecto hujus Domini restricti venire nequeant, sive 1. sint Res sacræ, religiosæ, & sanctæ, per §. 7. 8. 9. 10. l. de R. D. à quibus tamen omnino distinguuntur res Ecclesiasticæ & bona Ecclesiastica, quæ debitis requisitis intervenientibus pro utilitate Ecclesiæ rectè alienantur, l. 17. §. 1. C. de SS. Eccles. Nov. 120. Nov. 7. c. 2. l. 22. pr. C. d. e. confer. Carpzov. lib. 2. Jur. Confist. def. 300. & in Comm. ad L. R. G. cap. 3. §. X. n. 96. Dn. Struv. Syn. J. F. c. 6. aph. 4. & S. J. C. Exerc. 3. th. 71. sive 2. Res Universalitatis, quæ nullius privati esse possunt §. 6. l. de R. D. sive 3. Res Jure Gentium publicæ, §. 2. l. d. 1. à quibus tamen differunt bona imperii propria ac Civitatis aut Reip. quia res Jure Gentium publicæ in omnium sunt usû, bona verò certi alicujus imperii aut civitatis

tis in patrimonio quasi proprio sunt ejusdem Civitatis aut populi, quod constat expresso Text. l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ. §. l. 17. de P. S. neq; omnium in civitate degentium usibus inserviunt, l. 6. pr. ff. de contr. empr. vid. Dn. Dav. Mevius ad jus Lub. part. 2. Tit. 3. rubr. n. 7. Atq; exigente reipubl. utilitate alienari possunt, vid. l. 1. c. de vend. reb. Civit. ibiq; Johan. Brunnem, ad l. ult. d. t. n. 1. 2. 3. & seqq. Ita hodie Imp. bona Imperio aperta absq; consensu statuum non iterum in feuda concedit, & de bonis vacantibus & feudis imperio apertis alium investit, quod ex Capitul. Caroli P. §. 24. & art. 30. Capitul. Noviss. Leopoldi constat, exceptis feudis Electoralibus, quæ semper necessario iterum in feuda concedenda, ne Numerus sc. Electorum imminuatur, vid. Johan. Limn. de jur. Publ. lib. 2. c. 9. n. 15. seqq. Carpz. in Comm. ad L. R. G. c. 7. sect. 3. n. 37. Arum. ad A. B. discurs. 4. cap. 7.

Th. 3. Objectum itaq; verum & adæquatum hujus domini restricti sunt quælibet res, quas quis in patrimonio habere potest, proprie tamen tantum corporales, quod patet ex §. 1. in fin. Inst. de Ac. l. 13. §. 1. verb. sive Corporis dominus. ff. de damn. inf. l. 2. §. 1. verb. is, qui dominium in fundo habet. ff. si serv. vind. l. 2. & 3. C. de jur. dom. Imp. non etiam res incorporales, quippe quæ improprie & analogice & domini latè accepti tantum objectum esse possunt, vid. th. 4. tam mobiles, quam immobiles, l. 115. 198. de P. S. t. t. I. de Reb. corp. & inc. Licet autem videatur non omne jus domini restrictum seu Utile Dominium, quod Vasallus in feudo sibi habet constitutum, capax esse etiam rerum mobilium, cum per usum harum rerum non possit non quoq; ipsa proprietas sæpè interverti, per text. in §. 2. I. de usufr. §. 2. F. 1. & 23. Attamen nihil obstat, quo minus & pecuniæ rerumq; ita mobilium utile dominium datione in feudum constituatur, dummodo de expressâ Vasalli & Domini voluntate & transmūtata qualitate pecuniæ allodialis in feudalem constet, vid. Carpz. Ipr. for. p. 3. C. 30. D. 10. Matth. Coler. decis. 94. n. 6. & seqq. Proprium quidem ob deficiens adæquatum subiectum, quod recipiat qualitatem feudalem, ad eò dici nequit, cum verò formale feudi adfit, sc. obligatio Vasalli ad fidem Domino præstandam, ideoq; rectè adhuc feudum & utile dominium constituitur, Improprium tamen & exorbitans, quod à communi feudorum natura recedit. Ulterius hæc de re legatur Dn. Struv. syn. J. P. c. 4. aph. 3. & seqq.

Th. 4.

Th. 4. Dixi, quod jus domini restrictum tantum proprie in rebus corporalibus, improprie vero & analogice in rebus incorporalibus constituitur, quod sequi rationibus stabiliri potest: I. Quia ex dominio proprie sic dicto rerum corporalium specialis in rem actio, quæ Rei vindicatio dicitur, oritur, quæ verum dominium præsupponit, l. 23. pr. de R. V. quæ Actor rem suam esse petit scilicet corporalem, §. 1. in fin. l. de Act. Hæc itaque rei vindicatio ob res incorporales non datur, quod disertè probat l. 56. ff. de R. V. quia res incorporales non habent aptam materiam ad recipiendam domini formam ejusque effectum, omnia enim jura incorporalia rebus corporalibus earumque dominio insunt virtualiter, sunt enim nihil aliud, quam certæ qualitates quas dominium circa personas & res corporales produxit; ideoque actione Confess Neg Actione Serv, & quasi Serv. & in judiciis possessoriis actor non petit rem corporalem suam esse, sed aliud jus in re, quod rei corporali inhæret, præ tendit, l. 15. §. 1. ff. de Servit. l. 4. pr. ff. de serv. vind. §. 2. §. 7. l. de A. Illud tamen negare etiam non potero, quod interdum in jure nostro vindicatio tam generaliter sumatur, ut sicut condictio personalem, ita ipsa quoque omnem Realem actionem denotet, §. 15. l. de A. §. 1. 25. ff. de O. & A. atque adeo extendi quoque possit ad Servitutes, Pignus, Usumfructum, hæreditatem per §. 1. π. si serv. vind. l. un. §. pen. ff. de Reusiff. l. 43. de pign. act. l. 7. de O. & A. In istis enim Text. intelligitur vindicatio generalis, specialis vero quæ ex dominio proprie sic dicto oritur, dicitur Rei Vindicatio, quæ rebus corporalibus propria est, per d. §. 1. in fin. l. de A. l. 23. pr. de R. V. §. 1. ff. de R. V. II. Res incorporales ex causa domini translativa in aliquem non transferuntur; Nam qui aliquod jus in re, v. g. servitutem alteri concedit, non statim ipsam rem & dominium rei tradit, quippe animum transferendi planè non habet, dum rei concessæ proprietatem retinet, & utilitatem, & aliud jus in re quoad rei accidentia actori tribuit. Ubi itaque ab utraque parte contrahentium affectus & animus transferendi ipsam rem non est, ibi etiam dominium non censetur translatum, per eleg. Text. in l. 55. ff. de O. & A. Ergo exinde concludo, incorporalium rerum proprie, uti rerum corporalium, non esse dominium. III. Quia res incorporales tradi non possunt, quippe quod saltem de rebus corpo-

B

ralibus

ralibus prædicatur, per §. 14. *Inst. de R. D. de incorporalibus* verò negatur, l. 43. §. 1. *de A. R. D. l. 20. de servit. quia* traditio est corporis naturalis, quod possideri potest, cum autem ita res incorporales possideri non possunt. E. nec propriè tradi possunt, per l. 3. *de A. R. D.* Hinc res incorporales tantum quasi traduntur, per cessionem, usum & patientiam, sc. per l. 1. §. f. *de S. R. P. l. 20. de servit. sicuti* saltem quasi possidentur, l. 11. §. 1. *de Public. in rem act. l. f. de servit. l. 2. de S. R. P.* Huic sententiæ adstipulantur Hahn. in *Not. ad Wes. in t. de A. R. D. n. 3. p. m. 485.* & seqq. Donell. *g. comm. c. 8.* Harprecht ad *pr. Inst. de R. D. n. 48.* & seqq. Gilcken, in *prelud. Ludov. Exer. Inst. Disp. 2. thes. 3. lit. C.* Dissipientium argumenta contraria ex jam dictis facilè resolvì possunt.

Th. 5. Constituitur quodvis Dominium Restrictum etiam utile & directum in re corporali propria l. 1. §. seqq. *C. de reb. alien. non al. l. 20. §. f. de contr. empt. 2. F. 3. pr. §. 1.* Licet autem interdum res aliena in feudum detur, fit tamen illud per accidens, & datur res aliena non ut aliena, sed ut propria, cum quis ut propriam habere potest, & si res vindicetur a vero Domino, alter obligatus est, ad evictionem, l. 11. §. 2. ff. *de act. empt. 2. F. 8.* Cujus ratione peculiare, quid obtinet in jure feudali. Re enim evicta, vel aliud feudum, ejusdem æstimationis cujus erat tempore rei judicatæ præstandum; vel pretium feudi evicti numerandum, 2. F. 8. & 25. secus v. in *empt. & vend. ubi non solum pretium, sed etiam interesse præstandum, l. 9. 17. 25. C. de evict. vid. Dn. Struv. syn. 1. F. cap. 6. aph. 9. n. 1. 2. & seqq.*

## CAP. IV.

DE

### PERSONIS JUS DOMINII RESTRICTUM HABENTIBUS.

Th. I.

Personæ Jus Dominii Restrictum habentes sunt in duplici differentia, quemadmodum ipsum jus dominii restrictum duplicis Generis est, vid. *Cap. 2. th. 3.* Quædam enim Personæ tum ob suam conditionem, tum ob qualitatem rerum, tum ob alias justas causas suum jus dominii restrictum & limitatum tenent.

nent. quoad liberum de rebus suis disponendi arbitrium, non et-  
jam quoad ipsum jus in re, quod ipsis salvum manet, & plenum  
omni modo retinent. Quædam verò effectivè cadunt suo ple-  
no dominio, & retinent minus plenum & restrictum quoad rem  
ipsam, dum vel utile, vel directum dominium in alium transfe-  
runt. De his vid. *th. 15. 16. 17. inf. a.* Illis lex, conventio &  
pactum, vid. *Cap. VI. liberam* de rebus suis dispensandi, easq; pro-  
lubitu alienandi & administrandi potestatem saltim interdicunt;  
ne quibusdam ex illis propria rerum suarum alienatio damnosa  
sit, aut ne aliis istiusmodi alienatio quicquam præjudicet. Va-  
riæ autem sunt Personæ, qui Domini eequidem sunt rerum sua-  
rum, sed ob dictas rationes illis autoritate legis, conventionis,  
aut pacti res suas quovis modo alienare permissum non est.

Th. 2. I. Itaq; PUPILLUS absq; autoritate & consensu Tu-  
toris sui ob lubricam ætatem nihil quicquam de bonis suis alie-  
nare potest, *per §. 2. Inst. quib. alien. licet vel non.* Neq; (1) solvere  
alteri potest Pupillus, ut dominium rei transferatur, *l. 9. §. 2. ff.  
de Auth. & Conf. Tut. l. 14. §. 8. de solut.* & vice versa Extraneus  
quidem alius Pupillo etiam solvere absq; Tutoris consensu va-  
lidè, sed ut liberetur, non potest, *l. 15. ff. de solut. §. 2. l. quib. alienar.  
lic. vel non.* quin etsi solutioni accesserit Tutoris autoritas & pu-  
pillo soluta pecunia ab illo tempore minorennitatis malè con-  
sumpta sit, si Decretum Judicis huic solutioni non intervenit, po-  
test impetrare Restitutionem in integrum, *per §. ult. l. quib. alien.  
lic. vel non l. 25. C. de adm. Tut. Conf. Dn. Brunnem. ad d. l. C. n.  
1. 2. & seqq.* imputet enim sibi debitor, quod omisso decreto judi-  
cis solverit. Tum itaq; demum plenissimè liberatur, si decre-  
tum judicis adhibuit, *d. l. 25. C. de adm. Tut. & §. ult. l. d. r. Conf.  
B. Carpz. p. 2. C. 11. def. 45. 46. Bachov. ad Pand. tit. de Minor. c. 9.  
n. 4. & ad Tr. Vol. 1. Disp. 11. th. 11. lit. C.* (2) Neq; mortis causa  
donare ita potest, *l. 1. §. 1. de Tutel. & rat. etiam Tutore auctore, l. 33.  
de Hered. instit.* (3) neq; testamentum facere potest, *§. 6. l.  
quib. testam. fac. perm. l. 5. l. 19. ff. eod.* (4) Pupillus absq; con-  
sensu & autoritate Tutoris de rebus suis cum Extraneis perso-  
nis Contractus διπλωρῶ seu ex utroq; latere obligatorios,  
veluti Empt. vend. Locat. Cond. mand. depositi inire nequit, con-  
trahentibus enim nullo modo obligari potest, etsi sibi contrahen-

tes obligare possit, si Contractum pupillus ratum habere velit. Meliorem enim absq; etiam Tutoris sui autoritate conditionem suam reddere potest, non etiam deteriorem, *vid. pr. l. de auct. Tut. §. ult. l. quib. al. lic. vel non.* Ideoque ex his patet, quod nulla pupilli alienatio absq; Tutoris consensu valida sit, nullus contractus quo pupilli conditio non melior, sed deterior fit, subsistat, *p. l. 28. ff. de pact. l. 14. §. 8. ff. de solut.* Placet deniq; mihi distinctionem adducere Hug. Grotii *lib. 2. c. 3. n. 6. de J. B. & P.* inter Actum primum & secundum, h. e. quod pupilli quidem habendi jus, non vero per se utendi jus dominii habeant. Idem *cit. l. cap. 5. n. 2.* dicit, quod filius & impuberes habeant dominium *ἐν κτήσει*, non *ἐν χρησεί*. i. e. in possessione, non verò in usu.

Th. 3. II. MINOR non quovis modo liberè res suas alienandi & moderandi habet facultatem, etsi Curatorem habet, ejus consensum in suis negotiis adhibere tenetur, imò etiam accedente sui Curatoris consensu, aut si planè nullum habeat, si damnum incurrat, (quod secundum *l. 44. ff. de Minor.* triplici modo contingit, aut amittendo id, quod habuerat, aut omittendo id, quod acquirere poterat, aut obligando se oneri, quod non suscipere licuit), in integrum restituitur, *l. 3. C. de Restit. in integr.* tam contra gesta judicialia, *l. 7. §. 4. pen. & ult. l. 8. de Minor. l. 16. §. ult. d. t. r. C. si advers. rem judic.* quam extra judicialia. Contra quoscunq; enim actus & contractus, quibus ob lubricum ætatis captus aut læsus est, restituitur, *per. l. 7. in pr. de Minor.* atq; adeò contra omnem etiam alienationem ipsi damnosam, adeoq; ipsi succurritur, si (1.) donet, aut in dotem det, aut propter nuptias, *t. r. C. si advers. donat.* (2.) si vendat, *t. r. C. si adversus vend. l. 11. C. de præd. Min.* *vid. Bachov. Comm. ad ff. de Minor. c. 9. n. 2.* (3.) si transigat, *t. r. C. si advers. transact.* (4.) si dividat, *t. r. C. si advers. divis.* (5.) si insolutum det, *l. 40. §. 1. de Minor.* *Bachov. c. l. n. 3.* aut indebitum solvat, *l. 2. C. si advers. solut.* *vid. Hahn. in Not. ad Wes. in t. de Minor. n. 6. per tot. Bachov. cit. l. n. 3. 4.* semper enim in integrum restitutio locum habet.

Th. 4. III. Illis quoque dominii exercitium interdicitur, qui non intelligunt, quid agunt, ut FURIOSIS, MENTE CAPTIS, qui semper Curatore opus habent. qui bona ipsorum administret, & in Contractibus imbecille iudicium suppleat, *§. 4. l. de Curat.* Quin etiam PRODIGIS Curator dandus, cum rebus suis rectè superesse neque-

queant, etiam si Majores facti, tamen si donando aliisq; modis prodigaliter affectant, donandi potestas legibus coercetur, cum Reipubl. interfit, ne quis re sua male utatur, *§. fin. Inst. de his, qui sui vel al. jur.* Prætereà ut falsis probationum modis occurratur, & fraudis suspicio removeatur. Statutum est jure Civili, ne donatio juris debitive remissio excedat 500. aureos Ungaricos, nisi facta fuerit coram iudice insinuatio, per *l. 35. §. 3. in fin. C. de donat.* ibique Brunnem. *n. 1. & seqq.* Conf. Carpz. *p. 2. C. 12. def. 12.* Quicquid v. ultra istam determinatam summam absq; facta coram iudice insinuazione donatum, illud omnino valere aut subsistere non debet, per *l. pen. §. ult. l. 27. l. 34. §. 3. 4. C. de donat. §. 2. l. de donat.* ibiq; Schneidew. *n. 2.* conf. Berlich. *p. 2. Concl. præst. 14. n. 14.* Exceptis quibusdam casibus, quos V. apud Carpz. *p. 2. C. 12. def. 13.* Jure civili tum perinde est, quocumq; loco, & coram quo iudice fiat insinuatio; Jure v. Sax. coram illo iudice, sub cujus territorio bona sita, vid. Col. *decif. X. n. 4. 5. & seqq.* Quo & planè nulla valet bonorum immobilium alienatio, nisi illa apud iudicem fiat, & actis insinuetur, Landr. *lib. 1. art. 52. in pr.* vid. Berlich. *p. 2. Concl. 14. n. 3.* Differentiam insinuacionis Civilis & Jur. Sax. ratione bonorum immobilium tradit Carpz. *lib. 5. R. 57. n. 5. 6. & seqq.* Ita quoque ALEATORIBUS, & Ludis omnino deditis, non tantum quoad ludos Virtutis, sed etiam fortunæ prohibitum, ne ludendo bona sua & pecuniam perdant, unde statutum hodiè est Nobili Joachimicum, Præstantioris conditionis Civi dimidium, opifici quatuor grossos, & Rustico unum singulis congressibus perdere, uti hoc extat in *Noviss. Ord. Pol. T. 8. §. 1. & 2.*

Th. 5. IV. MULIER, quæ ob sexus imbecillitatem variis captivonibus exposita *l. 2. §. 2. ff. ad Sc. Vellei.* adeoque pupillis æquivipatur, adeoque Curatorem recipit, aut extraneum, aut maritum suum de jur. Sax. Landr. *lib. 1. art. 13. §. postquam Vir.* licetis simul atq; ingreditur Thorum mulieris, ejus Tutor, ut sic loqvar, maritalis fiat, *Ehelicher Vormund* Landr. *d. l. 1. art. 45.* vid. Dn Matth. Coler. *Decif. 66. n. 3. it. decif. 12. n. 51.* Carpz. *lib. 5. R. 42. n. 1.* Berlich. *p. 2. concl. 17. n. 15.* Cothmann. *Consil. 8. n. 82. it. Consil. 1. n. 405.* Sine Matiti itaq; aut specialis cujusdam Curatoris sui consensu mulier, neque cum aliis contrahere, neq; de bonis suis quicquam vendere, oppignorare, distrahere aut alienare potest, vid. Carpz. *seqq. Th. de jurib. Fam. Disp. 3. post. 8. & si ab aliis mulier circumventa sine mariti aut*

Curatoris sui consensu contraxisset, aut alienasset, alienatio in-  
valida, & contractus ipso jure nullus censetur. *Nov. 115. c. 3. l. r. §. 1. de  
feris. vid. Dav. Mevius ad Jus Lubec. lib. 1. c. 10. art. 3. n. 11. & seqq. n. 32.  
Coler. decis. 67. n. 21. decis. 12. n. 9. 10. 11. quia consensus Mariti & Cura-  
toris de forma substantiali & solemnitate requiritur. Berlich. p. 2.  
concl. 17. n. 102. Hinc etiam mortua uxore heredes istiusmodi mulieris  
contractum absq; Mariti aut Curatoris sui consensu ininum rati  
habere non tenentur, quia nullus & contra dispositionem juris &  
statuti est, arg. h. s. C. de Legib. conf. Berlich. c. l. n. ut. Aliud est de  
muliere mercaturam exercente dispositum, quæ ex suis contracti-  
bus, Transactionibus & Renunciationibus extrajudicialibus vali-  
dè obligatur, etiam absq; interventu Curatoris, cum nihil im-  
pediat, in mulieribus obligationem propriam ex contractu pro-  
prio per l. 2. C. ad S&C. Vellej. conf. l. 1. §. 1. ff. de const. pecun. Berlich. p. 2. conc.  
17. n. 91. & seqq. vid. Dn. Mevius c. l. lib. 3. c. 6. art. 13. & lib. 1. c. 5. art. 7. n. 113.  
Dn. Coler. decis. 67. n. 40. & seqq. Subsistit præterea etiam mulieris a-  
lienatio certis in casibus singulariter exceptis irrequisito Curato-  
ris sui consensu, eos hic adducere tædiosum foret, remitto me ad  
laudatum Dav. Mevium ad Jus Lubec. d. lib. 1. c. 10. art. 3. à num. 44. us-  
que ad 58.*

**Th. 6. V. LEGATARIUS**, et si rei legatæ dominium statim à  
morte testatoris s. legantis ipso jure ipsi acquiratur, per l. 80. de leg.  
2. lib. 64. de furr. l. 1. §. 1. de separati. l. 3. §. si rem. de leg. 3. l. 5. §. 1. quand. dies  
leg. conf. Cothman. consil. 39 n. 100. & Consil. Marpurg. Vol. 3. consil. 24. n.  
86. & ante aditam hereditatem in heredem illud transmittat, per  
l. 5. ff. quand. dies leg. tamen non plenum, sed minus plenum domini-  
um tantum adeptus est, quia exercitium domini omnesq; fructus  
rei legatæ demum ab adita hereditate dependent, & possessio ab  
ipso herede præstanda, l. 1. pr. quod leg. l. 36. de leg. 2. §. 1. de legat. Ideo-  
que possessio ad legatarium non æq; ipso jure transit, neq; eandem  
propria auctoritate apprehendere potest, per l. 3. §. 2. de legat. 3. l. 1.  
§. 2. quod legat. l. un. C. quod legat. conf. Menoch. de adipisc. poss. remed. 2.  
n. 6. Bachov. ad Tr. Vol. 2. Diss. 13. th. 7. lit. a. b. c. sed competit heredi  
adversus legatarium legatum propria autoritate occupantem in-  
terdict. quod legat. l. 1. pr. & §. 2. ff. quod legat. & si non restituit, te-  
netur ad id, quod interest, vid. Schneidev. ad §. 2. l. de inter d. n. 21.  
Interest autem heredis (1.) ut si supra dodrantem legatario reli-  
ctum,



Etum, ut Falcidia heredi salva non sit, tum falcidia legata minuat,  
p. l. 73. §. ult. ad L. Falcid. Et locum habet hoc interdictum etsi au-  
ctoritate iudicis missus sit in possessionem, per l. 1. §. 9. quod Legat.  
conf. Harprecht. ad §. 2. Inst. de interd. n. 71. quia non cessat propte-  
rea interesse heredis, vid. Carpz. p. 3. C. 13. def. 31. (2.) etiam in casu ele-  
ctionis heres repetere potest, si electio ipsi concessa, tum enim ipsi  
non optimum, neq; pessimum, sed mediocre tantum debetur, l. 37.  
ff. de legat. 1. Carpz. ad p. 3. C. 13. def. 30. Etsi legatarius adeo temerarius  
foret, ut apprehensam propria auctoritate possessionem vi ab ha-  
rede extorqueret, tum illud jure ita exosum, ut & privatione juris  
competentis in re legata dignum sit iudicatum, per l. 5. C. de legat.  
l. 7. C. und. vi. conf. Franzk. Exerc. 7. qu. 2. n. 8. Veluti heres subtra-  
hens res hereditarias amittit jus hereditatis in iis rebus subtractis,  
l. 48. ad Sc. Trebell. Nisi legans specialiter id permiserit legatario,  
dum multa licent permittente testatore, quæ alias sunt prohibita,  
arg. l. 66. de Auct. Tut. l. fin. §. 2. C. arbit. Tut. Et si nemo sit, è cujus ma-  
nu legatum accipere potuisset, vid. Brunnum, ad l. 5. C. de d. legat. n.  
2. 3. §. ult.

Th. 7. VI. Simile quid obtinet etiam in FIDEICOMMISSARIO;  
ille enim licet fideicommissi dominium consequatur, l. 45. §. 2. de  
legat. 3. l. fin. §. 3. C. comm. de legat. l. 66. de R. V. illud tamen ex  
natura fideicommissi ita habet restrictum, ut rem fideicommis-  
so obnoxiam extra familiam absq; consensu interessentium alie-  
nare minime possit, sed ad inventarii confectionem, & ad cauti-  
onem se extra familiam rem non alienaturum, sed in familia  
relicturum adstringitur, neq; primus tantum, sed etiam succes-  
sores ejus ad id obligantur, Vid. l. 69. §. penult. ff. de legat. 2. l. 77. §.  
27. cod. l. 114. §. 14. 16. 17. & seqq. ff. de legat. 1. Confirmat hoc  
nonnullis præjudiciis Hahn. in Not. ad Wesenbec. in r. ad Sc. Tre-  
bell. n. 8. Conf. Knipschild Tr. de Fideic. cas. 11. n. 386. Cæterum,  
dantur casus, quibus alienatio fideicommissi subsistere potest, v.  
g. si alia bona non supersunt, nec sufficiunt ad xs alienum per-  
solvendum, licita est fideicommissi alienatio, per l. 114. §. 14. verb.  
sed hoc neq; Creditoribus, neq; fisco fraudi esse de leg. 1. quia defunctus  
de hujusmodi alienationis casu sensitisse non videtur l. 9. ff. de fi-  
deicomm. libert. item si ab omnibus interessentibus fideicommissi  
Venditio celebretur, l. 11. C. de fideicomm. Conf. omnino Brunnum.

ad

ad d. l. n. 1. 2. 3. §. seqq. Sunt etiam alii casus, de quibus vide  
Carpz. p. 3. C. 3. def. 34. Dn. Struv. Syntagm. J. C. Exercitat. 36.  
Th. 40. in fin.

Th. 8. VII. In re quoq; communi quilibet SOCIORUM ita  
restrictum tenet de rebus suis disponendi jus, ut invito socio ni-  
hil quicquam facere possit. Unde in re pari potior est causa  
prohibentis, per l. 28. ff. comm. divid. quamvis id, quod fieri ne-  
cesse est, etiam invito altero facere non prohibeatur, actione e-  
nim commun. divid. & interdict. uti possid. sic experiri potest l. 12.  
l. 6. §. 2. ff. de comm. divid. Aliter res se habet in iis, quæ concer-  
nunt partem cujusq; pro indiviso propriam, l. 1. l. 2. C. com. div.  
ibiq; Brunnem. & Perez. n. 7.

Th. 9. VIII. DEBITORI etiam jus alienandi res suas inter-  
dicitur, ne istiusmodi rerum suarum alienatio vergat in præju-  
diciam & fraudem Creditorum suorum, quod præjudiciam tum  
evenit creditoribus, quando alienatis bonis debitor sæpius non  
solvendo existit. Introducta itaque est eum in finem ex æqui-  
tate Prætoria actio quædam revocatoria, quæ dicitur Pauliana,  
quæ Creditores id, quod Debitor fraudulenter in damnum Cre-  
ditorum vergens gessit aut alienavit, revocant. Vid. §. 6. l. de  
Act. t. 2. ff. que in fraud. Credit. facta sunt t. 2. C. de revocand. his,  
que in fraud. Cred. Conf. Bachov. Tr. de Act. Disp. 3. th. 39. Thom.  
Lindem. Exeg. de Act. n. 83. Dn. Carpz. p. 2. C. 3. def. 20. §. p. 3. C. 23. def.  
21. Schneidew. ad d. §. 6. l. Merito hæc etiam illud notandum  
venit, quod hæc actio Pauliana revocatoria tum quoque locum  
habeat, si debitor POSSESSIS JAM BONIS uni Creditorum æquè  
privilegiatorum vigilantibus per gratificationem quicquid in bonis  
habuit, solverit. Vid. l. 6. §. 7. l. 24. ff. que in fraud. Cred. Conf. Dn.  
Carpz. p. 1. C. 28. d. 179. n. 3. §. p. 2. C. 44. d. 13. Ratio in d. l. 6. §. 7. adjici-  
tur, quia non debuit præripere cæteris post bona possessa, cum  
jam par conditio omnium Creditorum facta esset; & unius im-  
missio omnibus pari jure nitentibus possessis jam bonis profit,  
l. 12. pr. ff. de Reb. auth. jud. p. ff. Vi l. Dn. Coler. Process. Execut. p. 1.  
o. 2. n. 65. Vid. omninò Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. t. 1. art. 3. n. 25.  
Sande lib. 3. Decis. Fris. tit. 15. def. 1. BONIS verò NONDUM POSSES-  
sis si Creditores diversi juris, sint & quidam privilegiati, qui-  
dam non, tum ille privilegiatus & qui potius jus habet, illud,  
quod

quod uni minus privilegiato solutum, revocare potest, neq; prodest illi, quod sibi vigilaverit, *l. 18. §. ult. ff. de jur. fisc. l. 5. C. de priv. Fife.* quia diligentia Creditorum immisionem in bona Debitorum obtinentium nihil quicquam præjudicare potest potiora & anteriora pignora habentibus, quippe qui ante hos suum petere valent, *l. 8. l. 9. C. qui potior in pign.* Perinde a. est, quicumq; illi sint privilegiati, sive hypothecarii, sive alio jure potiores, Berlich. *p. 1. Concl. 48. n. 25.* Hartm. Pistor. *qu. 20. n. 11.* non obstante, quod ille posterior autoritate judicis aut per debitorem suum acceperit, *l. 6. §. 2. de reb. auct. jud. poss. l. 24. quæ in fraud. Cred.* Vide uberius laudatum Mevium *ad Jus Labes. c. l. n. 8. 9. 10. & seqq.* Si pari jure gaudeant, unus ab alio sibi vigilanti non revocabit, sive debitor tempore solutionis solvendo fuerit: sive non *d. l. 6. §. 7. in pr. quæ in fraud. Cred. l. 10. de pignor. l. 6. §. 2. de reb. auct. jud. poss.* ubi enim omnium jus æquale est, melior est conditio occupantis, neq; illud negligentibus quicquam prodesse potest, quod putaverint debitorem esse solvendo, atq; adeo suâ ignorantia defraudentur. Damnum enim quod quis suâ culpâ sentit, sentire non intelligitur, per *l. 203. de R. J.* modo creditor non violentâ manu, atq; veita propriâ autoritate, & illegitimo modo solutionem extorsit, atq; injustè impetravit. *l. 24. verb. etsi extorsim ff. quæ in fraud. Cred. Mev. c. l. n. 26 27 28. & seqq.* Bonav. Straccha in *Tr. de Decoctor. part. ult. n. 30.* Hartm. Pistor. *d. qu. 20. n. 11.* Conf. Dn. Struv. *Synagm. J. C. Ex. 44. th. 80. & seqq.*

Th. 10. IX. Non permittitur alicui, rem vel possessionem dolo malo alienando molestum adversarium suo loco substituere, ut exindè duriores alterius causam reddat, sed adversus istum datur ei, cujus causa ista alienatione deterior reddita est, actio in factum prætoriam, *l. 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact. t. 2. C. eod. Dn. Struv. syn. J. C. Exerc. 8. th. 57.* Hac actione simul omnes cessiones quorumlibet jurium & actionum in potentiores factæ sub jactura sui juris prohibentur, per *l. 2. C. No lic. potent. ibiq; Brunnem. n. 111. & seqq.*

Th. 11. X. Non tantum privatis hominibus legis auctoritate plenum suum dominii jus ob dictas causas quoad bonorum suorum alienationem, & disponendi liberum arbitrium restringitur, verum etiam ILLUSTRIBUS PERSONIS, suum dominii jus

circa imperii bona quoad liberum de iis alienandi & disponendi exercitium limitatur ab Ordinibus & Statibus Imperii per Capitulationes s. leges fundamentales, quibus antequam ad fastigium Imperii ab Ordinibus & Primatibus evaduntur, ad certas conditiones servandas juramenti vinculo obstringuntur, & cum illis paciscuntur potissimum, ut quod Res Imperii concernit, nihil sine consensu, consiliis, ac deliberationibus Statuum ac Procerum Imperii agere velint, vid. Reinck. *de Regim. secul. & Eccl. lib. 1. class. 3. c. 9.* Carpz. *ad L. R. Germ. c. 1. sect. 4.* Waremond. ab Erenberg. *de Regn. subsid. c. 11. n. 40.* Ita quoque in Imperio Romano Germanico, Electo Rom. Imperatori ab Electoribus consensu ceterorum Statuum Imperii adhibito (quorum interesse in conscribenda nova capitulatione notabiliter versatur, vid. *Instrum. Pac. Cæs. Suec. art. 8. §. gaudeant, v. habeantur*) circa gubernationem Imperii capitulatio præscribitur, vid. Johan. Limnæ. *Annot. ad Capitul. in Prolegom. sect. 5. 6.* Et jurat Imperator, se absque voluntate, consensu & ratihabitione Electorum, nihil quicquam de Imperio ejusque pertinentiis distrahurum, oppignoraturum, aut quovis alio modo alienaturum esse, sed potius bona injusto vel nullo titulo ab Imperio divulsa recuperaturum imperioque reincorporaturum esse, conf. Limn. *in annotat. ad art. 9. capitul. Carol. V. per tot. lib. 1. de Jur. Publ. c. 9. num. 11.* Ex quo articulo satis superque constat, quod exercitium dominiæ circa Imperii bona, quoad alienationem, oppignorationem & distractionem bonorum imperii sit ad præcedentem Statuum Electorum consensum restrictum, quicquid itaque Imperator absque consensu Electorum quovis modo alienat, translatum non censetur, omnisque actus contra Capitulationem gestus nullus est, *arg. l. 5. C. de LL. conf. d. capit. Ferd. III. & Leopold. Art. 10.* Videatur Hermannus Hermes *Fascicul. jur. publ. c. 9. qu. ult.* Carpz. *ad L. R. G. cap. 14. sect. 5. 6. ad fin.* quia Imperator nihil quicquam in præjudicium successorum de bonis Imperii intervertere potest, quippe qui non jure hereditario, sed jure proprio sive per Electionem succedunt, atque ita causam succedendi non habent ab Antecessoribus, sed aliunde, scilicet per electionem acquisitam; Ideoque quicquid ab Antecessoribus irrequisito Statuum consensu de bonis imperii alienatum, illud repetere atque revocare successores Imperii possunt. Th.

Th. 12. ( 2. ) Ex ultimis verbis *d. art. 9.* colligitur, quod illa Imperii bona, quæ ab Imperatoribus Rom. titulo donationis aut alio putativo in Pontificem Rom. translata irrequesito Statuum consensu, revocationi obnoxia sint, & non planè Imperii limitibus exciderint, quia certum est, non omnes ordines Imperii eætate in ejusmodi alienationes bonorum imperii ab imp. in Papam Rom. factas consensisse. Probat hoc Dn. Herman. Conring. *de finib. Imp. Rom. Germ. cap. 20. per tot. conf. Wurmfer. Exerc. Academ. Jur. Publ. 1. thes. 15.* Nec immemoriali præscriptione se tueri possunt, in mala fide enim constitutis præscriptio non prodest, quod ex ipso jure Canonico constat, *c. vigilantis. c. ult. X. de præscrip. c. possessor. 2. de R. J. in 6. confer. Mynsing. cent. 4. obs. 6. Gail. lib. 2. obs. 18. n. 10.* Dn. Conring. *g. l. 1. cap. 21. per tot.* Deficit quoque alterum præscriptionis requisitum, n. possessionis continuatio nunquam interrupta, *l. 3. l. 5. ff. de usuc.* Toties verò videtur interrupta, quoties Imp. diem obit supremum, quia successori suo nihil præjudicare potest.

Th. 13. Jam ex præcedentibus patescit, quibus *lex alienationem rerum suarum* justissimas dictas causas interdicat: Nunc quoque verba faciam de illis, quibus per *pacta & conventiones* de rebus suis disponendi easque pro lubitu alienandi potestas restricta est. XI. Itaque omnis ille EMPTOR, qui cum venditore non pure sed conditionaliter pactis adjectis contraxit huc spectat. Nam duplici modo etiam potissimum venditor cum emptore contrahere potest, ut translatum rei venditæ dominium revocandi potestatem habeat, vel ita, ut dominium æquidem non reddat, sed liberam in quemcumque alium alienandi potestatem restrictam habeat, & utroque modo restrictam & minus plenum quoad exercitium retinendi & alienandi consequitur dominium, quamvis priori contrahendi modo & revocabile tantum in Emptorem à Venditore transferatur, *l. 66. de R. V.* verb. gr. si Emptor cum Venditore inquit Pactum de retrovendendo, dum dominium rei venditæ in emptorem transfertur, sed non ut illud perpetuò retineat, sed venditor reservat sibi potestatem refuso pretio illud reluendi & redimendi, *l. 2. C. de pact. in. Empt. & Vend.* illam autem redimendi potestatem venditor sibi reservare potest, ut vel nul-

lo tempore præscribatur, vel ut tempus adjiciatur, & quidem vel  
ut terminus à quo, vel ad quem, quò tempore elapsò, reluendi  
jus venditor amittit, Vid. Carpz. p. 2. C. 1. def. 8. & lib. 5. Resp. El.  
28. Si verò ante tempus determinatum alienavit emptor, ven-  
ditor eundem actione ex vendito ad interesse convenire potest  
arg. d. l. 2. C. d. r. conf. l. 75. & 79. ff. de contrah. empr. Carpz. p. 2.  
C. 1. def. 17. Berlich. p. 2. Concl. 2. n. 17. Confil. Marburg. Vol. 3. C.  
19. n. 20. Idem fermè obtinet in pactis de in diem add. in Le-  
ge Commissoria, ubi etiam rei venditæ Dominus fit emptor, a-  
deò ut & fructus percipiat, & periculum ad eum spectet. per l.  
2. §. 1. ff. de in diem addit. l. 2. in fin. de lege Commiss. Sed ex-  
istente utriusq; pacti conditione, ut aut melior conditio intra-  
statutum venditori offeratur, & in altero pacto, ut certo die non  
solvatur, pactum ipso jure committitur, & dominium ad venditio-  
nem redit, l. 41. de R. V. l. 1. C. de pact. inter Empt. & Vend. l. 2. ff. de L.  
comm. ff. Ratio est in l. 58. ff. de pact. imprimis in l. 72. de contrah. empr.  
quod toties ab emptione vend. recessum intelligatur, quoties aut  
novum pretium constituitur aut essentialia pacta contractibus  
adjecta implentur, Conf. Dn. Hahn. ad Wesemb. in t. de in diem addit.  
n. 2. & 3. Franzk. Comm. ad r. d. r. num. 2. & Dn. Struv. Synt. Jur. Civ.  
Exer. 23. thes. 30. & seqq. Modo Posteriori verò contrahendi jus *πρωτο-  
μύθως* seu *Jus retractus* tam conventionale attendendum, quo  
promittitur, ut si res iterum alicui vendatur, præ aliis, eò, quod a-  
lius solveret, pretio vendidebeat, l. 75. de cont. empr. quam legale &  
consuetudinarium, quod ex singulari jure certis personis tribui-  
tur (1.) propter dominium directum, v. l. f. vers. sic nec hac  
occasione C. de jure emphyt. (2.) propter creditum, l. 16. de reb.  
autb. jud. poss. (3.) propter vicinitatem, vid. lib. 5. Feud. tit. 13.  
conf. Tiraqvell. de Retract. p. 1. §. 1. Gloss. 9. num. 26. (4.) propter  
communione, d. lib. 5. F. r. 13 conf. Carpz. part. 2. C. 31. def. ult.  
& denique (5.) propter consanguinitatem, quod & è sacro Co-  
dice probari potest, per Levit. c. 25. vers. 25. Jerem. 32. vers. 7. conf.  
de Jur. Civili l. 14. C. de contrah. Empt. Carpz. p. 2. C. 31. 32. 33. Me-  
vius ad Jus Lub. lib. 3. tit. 8. art. 1. per tot. & part. 2. Decis. 254. Bruan.  
ad d. l. 14. C. d. r. n. 4. §. 6. & seqq. de hoc pacto Retractus præcipuè scri-  
pserunt Card. Tusch. Tom. 9. pract. concl. 32. num. 1. per tot. Tiraqvell.

de Retract. §. 1. 2. gl. 1. num. 35. 52. Potest inde Confanguineus rem retractui obnoxiam à quocumq; possessore vindicare & revocare. Card. Tusch. pract. concl. 583. num. 16. Berlich. p. 2. concl. 39. num. 86. Dn. Struv. syn. J. C. Exer. 23. hb. 41. & seqq.

Th. 14. Deniq; XII. OMNES ISTI plenum de rebus suis pro lubitu per ultimam voluntatem disponendi jus sibi arrogare nequeunt, qui illud jus & plenam testandi potestatem sibimetipsis per pacta de futura successione restrinxerunt & imminuerunt. Quamvis autem istiusmodi pacta de futura successione jure civili improbentur, & hinc illicita atq; exorbitantia esse videantur, p. l. 15. 19. C. de pact. l. 15. ff. de cond. instit. l. 2. §. 2. ff. de Vulg. & pupil. subst. & alios Text. Tamen statutis locorum atq; inveterata consuetudine in Germania introducta hæc pacta successoria valent tanquam rationabilia, Reipubl. utilia, & juri divino non absona. Mevius ad jus Lubec. part. 2. tit. 1. vers. 14. 55. & seqq. Coler. de process. execut. p. 1. c. 8. num. 54. Carpz. p. 2. C. 35. Def. 25. Ita verb. gra. Valent pacta successoria conjugum & moribus recepta sunt, vid. Berlich. p. 2. concl. 51. num. 5. Coler. decis. 61. num. 18. Kohlius Tr. sing. de pact. dotal. p. 2. num. 60. seqq. Illa pacta Conjugum de futura successione sunt vel simplicia, quæ dotem, donat. propter Nuptias quid in eventum futuræ mortis in illis valere debeat, determinant. Vid. Cothmann. Vol. 2. Consil. 78. num. 168. Carpz. p. 2. C. 43. def. 5. Vel mixta, quibus non solum de donatione dotis & donat. propter nuptias, sed & de futurâ successione verbis ultimæ Voluntatis inter se agunt. Illa simplicia pacta per modum Conventionis aut contractus invita alter conjugum invito altero mutare neq; per ultimam voluntatem tollere potest, quia pacta & contractus non nisi mutuo utriusq; partis consensu dissolvuntur & revocantur. l. 5. C. de O. & A. l. 58. ff. de pact. l. 35. de R. J. c. 2. X. de sponsal. c. quod semel de R. J. in 6. conf. eleg. Cothmann. Vol. 2. Resp. 78. num. 169. ubi sæpius ita pronunciatum refert. Coler. decis. 61. num. 23. Berlich. p. 2. concl. 51. num. 25. Carpz. p. 2. c. 43. def. 10. Hahn. ad Wesf. in tit. de pact. dotal. num. 4. p. m. 182. Dn. Struv. ad π. Exer. 30. thes. 17. in fin. Hæc verò mixta de futura successione verbis ultimæ voluntatis aut mortis concepta invita altera parte revocari possunt, quia quælibet ultima voluntas ambulatoria est usq; ad mortem,

tem, l. 32. §. 3. ff. de don. int. Vir. & Ux. l. 12. §. 3. ff. de leg. 1. conf. Mey. c. l. num. 101. Berlich. c. l. num. 26. Hahn. de jur. rer. c. 9. concl. 72. num. 9. & 10. 11. Ita valet pactum confraternitatis, Erbverbrüderung quod est conventio inter Illustres personas inita, ut hæredibus masculis unius familiae deficientibus in altera familia pacifcentis superstitibus masculi succedant, vid. Limn. de jur. publ. cap. 8. Arumæus ad A. B. discurs. 6. thes. 6. Carpz. ad L. R. G. c. 6. Mylerus de Stat. Imp. R. Ger. c. 25. thes. 1. Herman. Hermes Fascil. jur. publ. c. 18. quæst. 10. num. 4. Ex hoc pacto legitimo modo inito existente, conditione pacifcentibus jus aliquod obligatorium enascitur, ita ut successores pacifcentium obligentur ad tradendum & præstandum id, quod in pactum fuit deductum, propter express. Text. l. 2. §. ex his. ff. de V. O. l. 14. C. de R. V. Nov. 43. in pr. quibus dicitur, quod heres non possit pacto defuncti contravenire, quod eo magis tum procedit, si antecessoris conventio non tendat in præjudicium successorum, sed potius in eorum utilitatem, & quando in præjudicium superioris dominantium, ad quem extincta familia successio spectat, vid. Hermes Fascil. jur. publ. d. c. 18. quæst. 6. Limn. d. l. c. 8. n. 175. & Myler. c. l. 26. thes. 4.

Th. 15. Nunc tandem ad II. Classem personarum jus domini restrictum seu minus plenum habentium, ita saltem ut aliquod jus in re in alium translatum sit sc. vel utile vel directum dominium, pervenio. Ita vel dominium minus plenum directum, retinet Dominus Emphyteutæ concessio emphyteutæ dominio utili. Vid. l. 1. ff. si ag. vel. Carpz. p. 2. C. 388. 17. qui Emphyteutin alienaturus domini Emphyteutæ consensum adhibere tenetur, l. 2. l. 3. C. de jur. Emphyt. II. De Superficiario, Vid. l. 1. §. 6. 7. ff. de supe. fic. III. Dominus Feudi Vasallo utile fundi seu prædii dominium concedit retento penes se directo, 2. F. 8. & ab utraque parte alienandi potestas irrequisito utriusque consensu prohibita, ut neque Dominus quidquam in Vasalli, neque Vasallus in Domini præjudicium alienare, aut de Feudo disponere possit. Quævis itaque alienatio Feudi à Vasallo irrequisito Domini consensu facta, est invalida atque ipso jure nulla, per express. Constit. Loth. II. & Fried. I. Imp. in 2. Feud. t. 52. & 55. 42. & 44. Conf. Carpz. Disp. 7. Jur. Feud. thes. 19. & seqq. Berlich. p. 2. conclus. 39.

num.



num. 1. & Card. Tusch. Tom. 3. *pract. concl.* 198. num. 1. lit. F. Et competit ipsi Domino R. V. quam adversus quemlibet possessorem instituire potest, & præterea Feudum Domino ipso jure aperitur, & Vasallus illo privatur, Carpzov. p. 2. C. 49. def. 13. § lib. 5. Resp. 51. n. 7. Conf. 2. F. 24. in fin. Quod si Feudum novum sit, illud retinet Dominus, ut de eò liberè dispicere possit, si verò antiquum, non item, quia hæc culpa à Vasallo commissa illis non nocet, ad quos ex primâ investiturâ delatum est. Vid. Carpzov. p. 2. C. 49. def. 12. Vice versâ, quia reciproca est inter Dominum & Vasallum obligatio, Dominus etiam valicè suum directum dominium in alium transferre non potest, sed irrita est, ut Vasalli alienatio, 2. F. 9. § 2. F. 5. §. præterea, quia invito Vasallo alius Dominus obtrudi non potest, sed obligatus manet ex inito contractu feudali, 2. F. 34. §. ex eodem. & Vasallus fidem & servitia præstat ei, cui illa promissit, Confer. Dn. Struv. *Synt. J. F. c. 13. aph. 9. 10. § per tot.* Præprimis, cum agnatorum quoque subsit præjudicium, quoties Vasallus absque eorum consensu alienat Feudum vetus, ideoque in eorum præjudicium, etsi Domini accesserit consensus, feudum alienari non potest, quod patet ex 2. F. 39. *verb: nisi agnatis consentientib.* Illi quippe ex investitura primi acqvirentis jus quæsitum habent, atque adeo jure proprio succedunt, non jure hæreditario, possunt itaq; agnati quoque non solum à quovis extraneo, sed etiam proximior à remotiore feudum ipso jure revocare, quod probatur ex 2. F. 26. §. *Tusius. verb: proximior agn.* & si uni illorum in aliquorum præjudicium alienaverit, tum agnatis etiam illis pro portione suâ revocare permittitur, Vid. Carpz. p. 2. C. 48. def. 4. § 5. Berlich. p. 2. *concl. 58. per tot.* Dn. Struv. *Synt. J. F. c. 13. aph. 16 n. 6. 7. 8.*

Th. 16. IV. FILIUSFAM. in peculio adventitio ita dominium restrictum habet, ut licet proprietas ad eum spectet, attamen de eò quicquam sine patris consensu, qui ejus habet plenissimum usumfructum & administrationem, vel alienare, & in feudum dare non potest, *per §. 1. l. per quas pers. cuique acquir.* Vinn. *ibid. l. ult. §. 5. C. de bon. que lib. 2. F. 3.* Hinc filius delatam sibi hæreditatem neque in præjudicium patris repudiare

po-

potest, per l. 9. l. 13. §. ult. de acqu. vel amit. hered. Nec vice versâ pater in præjudicium filii, d. l. 13. & l. 11. C. de jur. delib. V. Deniqve etfi Maritus rerum dotialium Dominus fiat, per l. 13. §. 2. de fund. dot. l. 18. §. 1. sol. matr. l. 23. C. de jur. dot. l. 9. C. de R. V. Est tamen talis tantum civiliter, manente muliere domina dotis naturaliter, per l. 30. C. de jur. dot. Vid. Ungepauer. Exerc. Just. 7. qu. 6. Brunn. ad d. l. 30. n. 3. 4. 5. h. e. consequitur Dominium utile seu usumfructum omnium honorum mulieris cum potestate vindicandi, l. 9. C. de R. V. non aliter fermè, quàm Vasallus in feudo. Vid. Carpz. de jur. fœm. Dec. 5. th. 3. n. 31. 32. & seqq. Ideoque quidem omnes fructus propter onera matrimonii tam naturales per l. 7. pr. ff. de jur. dot. & l. 20. C. eod. quàm civiles, d. l. 7. §. 2. 10. percipere, etiam interdum quasdam res donare potest, si ex probabili & justâ causâ id ipsum fiat, neq; vergat illa donatio in fraudem mulieris, Vid. Mevium ad jus Lubec. lib. 1. t. 9. art. 2. n. 8. Rem immobilem verò in dotem datam de jure Civili illâ ne quidem consentiente alienare potest, per l. un. §. cum Lex. C. de Res uxor. act. ibiqve Brunn. n. 10. De Jure Sax. recte immobilia bona alienat, accedente Mulieris ejusqve Curatoris consensu, causâ cognitione & decreto Magistratus interveniente, aliâs hæredes mulieris ea revocare possunt, Conf. Carpzov. p. 3. C. 23. def. 26. idem lib. 5. Resp. 42. n. 12. & seqq. Coler. decis. 57. n. 21. Richt. Tr. de success. ab intest. sect. 4. m. 1. n. 20.

## CAP. V.

DE

## FORMA JURIS DOMINII RESTRICTI.

Th. 1.

**F**orma juris domini nostri essentialis consistit in quâdam restrictione, quæ adest vel ipsi tantum exercitio Domini pleni, salvo manente omni jure in re; vel adest ipsi proprietati, quod contingit quando vel utile vel directum dominium est in alium trans latum.

Th. 2.

Th. 2. Utrumque Dominium restrictum ita differt I. à dominio pleno, quod hujus effectus sit quovis modo de re suâ pleno jure, & pro arbitrio disponere posse, l. 21. C. Mand. non solum inter vivos, sed etiam ultimâ voluntate, l. 32. §. 3. C. l. 25. §. 11. ff. de hered. petis. E contra qvî minus plenum habet Dominium, illud in præjudicium aliorum facere nequit, cum non plenam & absolutam disponendi potestatem habeat, nec talem rem negligere aut perdere possit: Ita Vasallus rem quidem à Domino in feudum datam pro lubitu ad usum suum accommodare potest, attamen quia non absolutum, sed ab alio dependens habet dominium, ideoque quovis modo quidem rem meliorem, sed suâ culpâ deteriorem reddere planè ipsi concessum non est, 2. F. 8. Confer Carpzov. p. 3. C. 31. Def. 1. §. 2. Forster. Tr. de Dominio. cap. XI. num. 6. 7.

Thef. 3. I I. Præterea etiam differt hoc plenum dominium à cæteris juribus in re ( 1. ) ut principalis & excellentior omnium species, quæ etiam interdum omnia cætera in re jura sub se virtualiter comprehendit. Ille enim qui corporis ac rei dominus est, alium ejusdem rei vel dominum facere, §. 41. C. 47. I. de R. D. l. 20. ff. de acquir. rer. dom. vel heredem, per l. 1. §. 1. de hered. vend. qvî etiam simul vel ejusdem rei alteri possessionem, l. 18. de acquir. poss. §. 41. I. de R. D. vel jus pignoris, l. 2. l. 6. C. si alien. res oppign. l. 18. de pignor. imò etiam servitutem concedere potest, 2. F. 8. §. rei autem. Vid. de his Hahn. in Animadvers. ad Surhold. disp. 4. (2.) Ratione effectus dominium etiam restrictum à reliquis juris in re speciebus Hered. Pign. Servit. Possess. differt. Quod Dominium sit in ipsam rei substantiam determinatum, atque ex eò demum res nobis propria dicatur, quia & alienare ratione hujus domini & vindicare rem possumus à quovis possessore, §. 1. Inst. de A. l. 23. de R. V. Cætera verò jura in re habent sese tantum ut rei & corporis naturalis accidentia & qualitates, quæ salvo dominio à re abesse possunt. Nam servitutes constituuntur propter rei commoda, pignus in securitatem crediti, possessio ratione detentionis aliorumque emolumentorum, Vid. Hahn. de jur. rer. cap. 2.

D

concl

concl. 19. ff. 1. 2. 3. Ab hereditate deniqve differt proprium hoc dominium rei corporalis quod illa etiam ea, quæ defuncto propria non fuerunt, comprehendat, l. 19. de Hered. petit. nec tam corpus rerum singularium respiciat, quàm universitatem & jus, l. 50. ff. d. 1. Hereditas enim est successio in universum jus, quod defunctus habuit, l. 24. l. 178. §. 1. de V. S. l. 9. §. 12. de hered. inst. l. 37. de acquir. end. poss. Differunt itaq; hereditas & dominium, ut latius & angustius, uti latè hoc probat Dn. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. X. tit. 44.*

Th. 4. III. In specie etiam differt dominium minus plenum utile, quod Vasallus habet à nudo usufructu hoc modo, quod is, qui utile dominium habet, non solum plenissimo jure utendi fruendi gaudeat, verum etiam de proprietate hoc participet, quod certò modò cum perpetuitate quadam alienare de utili dominio possit atq; vindicare, usufructuarius verò non nisi servitute in re nostra sibi vendicet, *vid. l. 1. de usufr.* Proprietario in solidum Domino manente, *per l. 25. ff. de V. S.* Nihil enim decedit essentia dominii, l. 43. §. f. de furt. l. 1. §. 2. ad Sc. Syllan. quin etiam usufructuarius rem quidem possidet, l. 12. l. 49. de acquir. vel am. poss. sed non animo ipsam rem sive corpus habendi, sed usum tantum rei, ideoq; non rem ipsam, sed jus utendi possidet, §. 4. f. per quas pers. cuiq; acquir. l. 10. §. fin. de A. R. D. l. 1. §. 8. de acqu. vel amitt. Possess. l. f. uti possid. l. 5. §. 1. ad Exhib. (2.) Vasallo utile dominium habenti in solo feudali edificio extruere licet, 2. F. 28. quod usufruct. non est permisum, l. 13. §. 7. l. 44. de usufr. (3.) Vasallus servitutem acquirere, potest prædio feudali 2. F. 8. pr. usufructuarius verò non, l. 15. §. ult. de usufr.

## CAP. VI.

### QUIBUS MODIS JUS DOMINII LIMITETUR.

Th. 1.

JAM in hoc capite notandum venit, quod quadruplici potissimum modo plenum dominii jus & liberum de re sua disponendi arbi.

arbitrium Dominis limitari queat, 1. Pacto, 2. Testamento, 3. Præscriptione, & denique 4. Lege.

Th. 2. Restringitur itaque 1. jus domini pleni pacto vel nudo, cui tamen lex assistit illudque efficax reddit, ex quo oritur jus ad rem & actio personalis, *l. 3. de O. & A. l. 45. de pact.* Vel vestito & quidem contractibus adjecto, verb. gratia. *empt. & vend. pacta opponi & adjici solent de in diem addict. l. 1. ff. de in diem add. 2. pactum de retrovendendo, l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* Pactum legis commissi, & quæ sunt alia, vid. *Dn. Struv. ad r. Exer. 6. thes. 26. Exer. 23. thes. 25.* quibus jus domini quoad exercitium restringi potest, confer. *Præc. Cap. 4. thes. 13. 14.*

Th. 3. Cum pactum generaliter acceptum comprehendat quoque contractus *l. 1. §. 2. 3. ff. de pact. l. 15. de P. V. Vinn. de pact. c. 1. num. 3. 4. & seqq.* ideoque ad primum hunc modum illos quoque refero; Restringitur enim plenum domini jus vel contractibus nominatis Emptione venditione. Vel innominatis verb. gratia. permutatione. Observandum hic, quod feudum constituatur speciali Contractu feudali, quo imprimis Vasallus, cui res in feudum danda, fidem Domino promittit, *2. F. 3. in fin. 4. 6. 7. 23. in fin.* Casus in Terminis habetur *1. F. 25. in pr.* plura vid. apud laud. *Dn. Struv. Syni. 7. F. cap. 8. aph. 3. num. 1. 2.* Item Contractus singularis celebrandus est in jure emphyteuseos, quo Canon in recognitionem domini directi promittitur solvendus, *l. 1. 2. ff. si ag. Veltig. l. 2. 3. C. de jur. Emphyt.*

Th. 4. II. Non raro etiam jus domini restrictum est hoc modo, ut aut utile, aut directum transferatur per ultimam voluntatem sive legatum, & tum acquiritur isti, cui relictum est, statim ipso jure, *per l. 80. de legat. 1.*

Th. 5. III. Modus fit per præscriptionem, verb. grat. quando Emphyteuta bona fide per definitum temporis spatium annorum non vi, clam aut precario Emphyteu fin possedit, eandem acquirit, *per l. 3. l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Confer. *Carpz. P. 2. C. 38. Def. 15.*

Th. 6. Denique IV. Lege plenum domini jus quoad exercitium certis ex causis restringitur Dominis, quarum personarum

SOLI DEO GLORIA

rum mentionem feci in *Cap. IV. thes. 2. ad sb. 13.* de quò adeò plura  
monere hic supersedeo.

## CAP. VII. & Ult.

DE

# EFFECTIBUS JURIS DOMINII RESTRICTI.

Th. 1.

**E**ffectus juris Dominii restricti potissimum in eò consistit,  
quod quis non nisi in tantum sit rerum suarum Moderator  
& Arbiter, in quantum lege aut conventione, aut alio modo  
non prohibetur, *l. 14. C. de cons. Empt. l. 6. C. de reb. al. non alien. conf.*  
*Cothmann. Vol. 3. Resp. 11. n. 29. Arniseus de jur. Majest. lib. 3. c. 1. n. 20.*

Th. 2. Habent itaque illi, quibus tantum Exercitium re-  
strictum, plenissimum rei suæ usum & proprietatem, nisi quod a-  
lienatio ipsis vel aliis damnosa iisdem interdicitur. Illi vero, qui  
Utile & Directum dominium habent, possunt in quantum cujus-  
que dominii effectus se extendit, de eo disponere, Adeoq; directus  
Dominus habet superiorem in re potestatem & ipsam propieta-  
tem, quibus vero Utile Dominium tantum competit, non solum ha-  
bent plenissimum jus utendi fruendi, sed rem ipsam pro lubitu tracta-  
re possunt, modo deteriore non reddant, etiam jus utendi fruendi  
per locat. & cond. in alium transferre possunt, Nam (1.) De Va-  
sallo illud dicitur, *2. F. 8. 23. §. consequi 2. F. 9. §. donare.* (2.) De  
Emphyteuta in *l. 1. §. pr. §. 1. Si ager vel. l. ult. C. de jur. Emphyt. l.*  
*219. de V. S.* (3.) Illud de Marito quoq; ratione utilis Dominii in rebus  
dotalibus, legitur *l. 20. C. de jur. dot. l. 10. §. 3. 6. ff. eod. l. 7. §. 2. 10.*  
*11. ff. d. 1.* De cæteris vid. suprà *Cap. IV.* Illud utile Dominium tri-  
buit Dominis & Utilem rei vindicationem ad sua jura persequen-  
da. Nam & R. V. & Vasallo competit, *2. F. 8. verb. rei autem*  
*hanc habet potestatem.* ut tanquam Dominus possit à quolibet pos-  
sidente sibi quasi vindicare, quæ utilis R. V. & Emphyteuta & su-  
perficiario competit, *l. 1. §. 1. si ager vel. l. 1. §. 6. 7. de superfic. l. 73.*  
*l. 75. de R. V.* Marito quoq; tribuitur, *l. 9. C. de R. V.* Quin etiam de  
re dotali furto subtracta actionem furti, *l. 94. in fin. de furi.* & de dam-  
no dato actionem damni injuriæ instituire potest, *l. 18.*

*§. 1. in fin. solut. matr.*


## SOLI DEO GLORIA.

154032

(X2617952)

10.17









Q. D. B. V.  
DISPUTATIO JURIDICA

De  
**JURE DOMINII  
RESTRICTO,**

*Quam*  
Divinâ favente Gratiâ,  
Autoritate & Decreto

Magnifici Jctorum Ordinis in Al-  
mâ Lipsiensi,  
SUB PRESIDIO

DN. D. PAULI FRANCISCI  
ROMANI,

Com. Pal. Cæs. Prof. Pand. Publ. & Facul. Jur. Assess.  
nec non Canon. Numburg.

*Publica placidâ & Disquirentium Censurâ  
submitte*

CAROL. FRIDERICH *Barber!*  
Gustroviensis Megapolitanus,  
AUTHOR.

*d. XI. Mens. Martij M DC LXXV.*

---

LIPSIÆ  
Literis JOHANNIS GEORGI.